

» qua graeci presbyteri divina officia celebrare possint et ejus d.
 » patriarchae paternitas cupiat jussis Romani pontificis parere in
 » quantum intelligat et cognoscat hoc fore gratum Dominio nostro ;
 » cum praesertim sibi de re honesta agi videatur.

» Vadir Pars, quod consideratis jussis Romani pontificis ac re-
 » quisitionibus praefati reverendissimi domini cardinalis tantopere
 » rem hanc considerant, ut magna multitudo graecorum, quae in
 » hac civitate commoratur et catholice sub obedientia sanctae Ro-
 » manae ecclesiae, non patiatur incommoditatem divinorum officio-
 » rum suorum, cui dom. cardinali honestum est complacere, in re
 » praesertim ista pia et a summo pontifice tantopere rev. dom. pa-
 » triarchae injuncta; auctoritate hujus consilii, plena facultas tradan-
 » tur praelibato domino patriarchae Venetiarum, ut habeat curam
 » inveniendi aliquam ecclesiam dictis graecis in loco idoneo et op-
 » portuno, in qua sine turbatione alicujus personae possint celebra-
 » re officia sua, prout paternitati suae videbitur convenire. Verum
 » in casu, quod facta diligent inquisitione dicta ecclesia non inveni-
 » retur; Eligatur locus aliquis per paternitatem suam in regione
 » aliqua civitatis habili et idonea, ubi aedificare liceat dictis graecis
 » ecclesiam et in ea graeco rito celebrare officia sua, ita tamen,
 » quod cum domino proprietatis dicti loci prius concordes re-
 » maneant. »

2. Decreto del Consiglio de' X, per cui è concesso ai sacerdoti greci di celebrare col loro rito nella sola chiesa di san Biagio di Castello.

» MCCCCLXX. DIE XXVIII MARII.

In Consilio Decem.

« Vadir pars, quod ordinetur et jubeatur, quod in civitate Ve-
 » netiarum non possit celebrari more graeco alicubi, quam in sancto
 » Blasio tantum, sicut alias captum fuit, sub pena librarum centum
 » VOL. XII. 5